

### 3 CHYMICOR. PRINCIPI.

sto, singulari quodam operandi modo,  
eliceret id, cuius beneficio imperfectis  
ultimo adderet manum, hydrargyro,  
plumbo, aliive consimili, demta impu-  
ritate, auri formam ingenerarent. Solos  
se esse, dicique debere Philosophos, ar-  
duo supercilio contendebant: quod re-  
rum naturae scrutatores, non meritis figmē-  
tis principia comminiscerentur, sed na-  
turali experientia & *αντψια*, rectae ratio-  
nis ductu, firma certaque constituerent.

Ab omni antiquitate viguisse sciuntur:  
in primis Aegyptij: quibus, cum puta-  
ret Diocletianus, admirabilis scientiae  
bono, auri vim esse inexhaustam, cogi-  
stos eorum libros, ne rebellaret impro-  
uidè, actutum combussit: scientiam i-  
psam ferali flamma penitus deleturus:  
cuius vestigia Medicorum & Philoso-  
phorum libris ijs, qui his quoq; saeculis  
*civestigia.* omnium scholarum calculis approbati  
recipiuntur, impressa nonnulla extant.

*Epistola ad Crateuam* admirabatur saepius  
*Crateuam.* Hippocrates, τὸ χεῦμα τῶν βοτανῶν, ὡς καὶ  
τὸ τῶν ὄλων γέ φύσιν τε καὶ Διάταξιν, καὶ τὸ ιερώ-  
τετον τῆς γῆς οἰδηρυμα. εξ οὗ λωανὴ φυτὰ, καὶ τεο-  
φαὶ, καὶ Φάρμακα, καὶ τύχη, καὶ οὐλατος αὐτῆς οὐδε-  
φύεται.